



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Votum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

secundum quosdam, quod non concederet
D. Augustin. Potest quidem vitam suam
quis exponere pro tuenda vita alterius, at pro
re alia temporali, vel sua, vel aliena, non pu-
tarim licere, nisi esset ad vitam necessaria aut
valdè ampla. Vide *Sot. l. 5. de Iust. q. 1. ar. 6. cō. 3.*

* Vitam } Vide *Sot. l. 5. q. 1. art. 8. V. Homicidiū,*
num. 6. 22. 24. 25.

Potest } *Sot. l. c. ar. 6. Nau. c. 17. nu. 87.*

3 In naufragio posse alteri permitti tabulam
antequam capiatur, sed non postquam capta
est, quidā aiunt. Ego putārim posse etiam ca-
ptam alteri permitti, vt saluetur: vt & panem
quem quis vnum habet solum, alteri posse
dare in extrema vtriusque necessitate.

* Quidam aiunt } *Sot. l. 5. q. 1. art. 9. in fine.*

Ego } *Victor. de homic. nu. 26. Tol. l. 5. c. 6.*

Panem } De hac quaestione multa, *P. N. lib.*
2. c. 3. à num. 63.

Addit. } Laborans in extremis cibum fa-
stidiens, quia nequit deglutire, non est sui ho-
micida, si non conetur edere. *Lopez l. c.*

Prælati, aut Princeps, scruentate peste, non
potest populum deserere, etiam si vitæ peri-
culum immineat: id charitas, & iustitia po-
stulat. *Sot. l. c. art. 8. col. 6.*

Votum, vide Baptismus, Debitum coniugale,
Episcopus, Festum, Matrimo-
nium, Religio.

3 Non

1 **N**on obligat votum de re inutili, aut vana, aut maioris boni impeditiua, si quis meliorem facere velit, alioqui obligat: vt votum de coniugio vitandæ incontinentiæ causa, nisi quis melius quid faciat.

* De voto *D. Tho. cum Caiet. 2. 2. q. 88. Sot. totol. 7. & Azor. l. 11. a. c. 13. fuſſimè, Val. t. 3. d. 6. q. 6. Theologi in 4. d. 38. Lopez p. 1. à c. 43. Nau. c. 12. à num. 24. Corona. 3. p. c. 9. Tol. l. 4. c. 17. 18.*

* Vide *Azor. l. c. à q. 5. vbi de voti materia.*

Maiores boni? *Azor. l. c. q. 7. Sot. l. c. q. 1. art. 3. Nau. c. 12. num. 53.*

2 In dubio an voueris, vel an cum vouisti compos esses mentis, votum seruandum est, vel petenda dispensatio. *Azor. li. 11. c. 15. q. 2. cum Archid. Ang. & Syl.*

* *Med. lib. 1. c. 13. §. 7. Lopez c. 46. col. pen. Graff. l. 2. c. 32. nu. 3. ex. Sot. l. 7. q. 3. art. col. 2.*

3 Votum de peccato mortali mortale est, de veniali veniale. Declarat sicut Caiet. ver. Votum p. 1. * *Nau. l. c. num. 34.*

Votum de re leui non obligat ad p. m. *Nauar. l. c. num. 10. & 40. Sot. l. c. q. 2. art. 1. Azor. l. c. c. 15. q. 4.*

Veniali? *Lopez p. 3. c. 48.*

4 Votum non obligat, si rem, quam voues, in finē malum ordinas, vt si voues aliquid ad hoc, vt consequaris quod nō licet: verbi gratia, furtum, vel adulterium, aut in gratiarum actionem pro malo: secus si ipsam vouendi actum

actum malè ordines, vt si voues Religionem,
vt lautè viuas, aut lasciuè, vel in gratiarum a-
ctionem pro filio ex adulterio suscepto: id e-
nim non malum est, etsi adulterium ipsum
pessimum.

* Ob malum finem vota facta non valent,
Vide Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. Sot. l. c. Azor, l. c. q. 3.
Corona de voto, pag. 7.

Secus si ipsum? Vide Caie. in sum. vers. Voti
materia, Nau. l. c. nu. 43.

5 Voti pœnitere, sed cum animo implendi,
non est mortal.

* Dolere, quod vouendo virtutis actum e-
geris, scelus est: si vis Deo promissum persol-
uere, non peccas mortiferè, si velles non vo-
uisse. Azor. c. 15. in fine. vide D. Thom. l. c. art. 6. ad
2. Caieta. 16. Nau. l. c. nume. 54. Vide Coro. l. c. pag.
3. Syl. Votum 2. nu. 20.

6 Tenetur voto, qui intendit vouere, etiam si
non intendat implere: qui autem non se in-
tendit obligare, non videtur intendere voue-
re; hoc enim ipso, quod quis vouet, se obligat,
vt qui promittit, hoc ipso quod promittit:
peccat tamen, & secundum quosdam morta-
liter, qui vouet sine animo se obligandi.

* Corona c. 9. de voto pag. 4. ex Sot. l. c. q. 1. ar. 2.
& Caiet. in summa vers. Votum, & 2. 2. q. 88. ar. 1.
& Graff. l. 2. c. 24. nu. 13.

Peccat? Angles de clauibus in 4. pag. 71. Cordu-
ba q. 145.

7 Qui votum ratificauit, falsò putans se teneri, non idè obligatur.

* *Nau. c. 12. nu. 71. Caiet. 2. 2. q. 189. art. 5.*

8 Votum factum metu graui ad id non iustè incusso, non valet, nisi firmetur iuramento: secus est si iustè metus incuriatur. Quidam tamen aiunt votum quocunque metu factum si adfuit intentio se obligandi, tenere.

Azor. l. c. cap. 11. q. 6. casu 7. c. Perlatum. de ijs, que vi. Nau. num. 52. l. c.

Iuramento *Azor. q. 12. e x communi.*

Secus si iustè *Azor. l. c. Vide Syl. Votum 2. Graff. lib. 2. cap. 25. p. 1.*

9 Votum puellæ ob metum patris reuerentialem, non valere quidam asserunt, si præsertim timet, ne ab eo alioqui durè tractetur *Nauarr. c. 25. nu. 51.*

* De metu reuerentiali *Azor. l. c. 17.*

10 Votum parentum de filijs, istos non obligat, nisi se obligent ipsi approbando.

* *Vide Syl. l. c. nu. 11. Graff. l. c. c. 26. nu. 8.*

11 Quidam putant, votum Religionis, vbi regula non seruatur, non tenere, nec qui Religionem vouit, debere ingredi eam, si ibi pro libitu viuatur; ego neutrum affirmare aulin.

* *Vide Nau. l. c. nu. 46. De voto Religionis, & Castitatis Graff. l. c. c. 24.*

12 Qui vouit Religionem certam, debet querere aliquot eius Monasteria, vt recipiatur: qui

qui autem Religionem in communi, aliquot
diuersarum Religionum in ea Prouincia.

**Vide Nau. c. 48.*

13 Qui vouit solum ingredi Religionem, si
in Nouitiatu ea non placet, potest exire, eti-
am si vouisset animo perseverandi in ea, nisi
intendisset se obligare ad perpetuò ibi manē-
dum; quamquam etiam tunc quidam putant,
si bona fide probans putat non sibi conueni-
re, posse exire. Idem autem censetur, vouere
ingredi Religionem, & vouere fieri Religio-
sum.

**Tol. l. c. c. 18. n. 1. Vide Nau. n. 84. l. c. Azor. c. 22.
vbi multa de simplici voto religionis. q. 6. Lo-
pez c. 45.*

Idem 3 Vide c. 22. q. 7.

14 Qui vouit Religionem arctiorem, si in la-
xiori profitetur, non amplius tenetur. *Vide de
Regul. lib. 6. c. 4.*

**Peccat tamen Nau. nu. 48. Azor. l. c. q. 12. Syl.
Votum. 4. q. 3. d. 6.*

15 Violare votum de re leui, aut de vitando
aliquod peccatum veniale, est solum veniale
peccatum. *Sot. l. 7. de Iustit. q. 3. art. 1. & Nau. c.
12. n. 65.* Quidam tamen dicunt, qui vouit da-
re vnum nummum, si non det, peccare mor-
taliter; sed qui vouit non ludere, non pecca-
re nisi venialiter, si parum ludat, ob leuitatem
materie.

**Vide citatos. n. 3. Lopez c. 48. Sot. l. c. q. 2. ar. 1.*

Dd

16. A18

16. *Angles de voto. pag. 79.*

De votis rerum minimarum *Graff. l. c. c. 23.*
 16 Non est in potestate vouentis se obligare sub mortali, aut veniali peccato, obligat enim ex se votum pro qualitate materiae. *Sot. l. 7. de Iustit. q. 13. art. 4.*

17 Quæ vouit virginitatem, si violet, tenetur ad castitatem, nisi, cum vouit, aliud intendisset.

* *Vide Nau. n. 45. Angles de voto in 4. pag. 84.*

18 Vouens Religionem grauiter deceptus, non voturus si sciisset, non tenetur.

* *Vide Graff. lib. 2. c. 24. n. 18.*

19 Non ideo votum non obligat, quia accidit aliquid, quod si præuidisses, non vouisses; sed quia accidit id quod si fuisset tēpore voti, obligationem voto abstulisset: vt si fiat res impossibilis, aut illicita, aut indifferens, &c.

* *Caiet. in summa voti omisio.*

20 Votum de nunquam peccando; non obligat, quia de impossibili; secus si fiat de non peccando mortaliter.

* *Nauar. num. 65. Azor. c. 13. q. 4. Sot. l. c. q. 1. art. conclus. 3.*

21 Votum Religiosi de re non prohibita seruandum, donec per Superiorem irritetur. Quidam tamen dicunt, nullum votum Religiosi valere, nisi consentiente Superiore expressè: alij etiam de re prohibita factum votum, ei indicandum, vt approbet, si velit.

* *Nau.*

*Nauar. nu. 67. Azor. c. 16. q. 4. Sot. l. c. q. 3. art. 1.
dub. 2. Lopez c. 48.

Quidam } Rich. 4. d. 38. art. 4. q. 1. Ang. votum
2. num. 2.

22 Vouens seruare aliquam legem non ob-
ligantem sub mortali, non se obligat ad mor-
tale, sed secundum rationem legis. Sot. vbi sup.
l. 8. q. 2. art. 1.

*Religiosorum votis Graff. l. c. c. 27.

23 Metus, qui excusat violentam præceptum
ieiunij, excusare videtur quibusdam etiam
violentem votum de ieiunio: obligare enim
votum instar legis.

*De metu Lopez c. 45.

24 Vouens non nubere, non se obligat ad
castitatem, nec qui vouit mulierem non tan-
gere lasciuæ.

*Nau. c. 12. n. 85. Coro. l. c. pag. 8.

In voto de nō nubendo dispensat Episcopus.

25 Vouens abstinere ab ouis, non ideo tene-
tur abstinere à carnibus. *Vide Azor c. 20. q. 6.

26 Vouens se aliquid facturum, si contingat
fortè peccare, intelligitur de prima vice nisi
intendisset expressè quoties peccasset.

27 Coniugem non posse sine alterius con-
sensu vouere non petere debitum, alij aiunt,
alij negant: non videtur quidem posse castita-
tem vouere, etiam ante consummatum ma-
trimonium, nisi velit Religionem ingredi.

*Ait } Na. n. 60. Lopez c. 46. D Th. 4. d. 32. ar. 2.

Dd 2

Negant }

N. gant } *Coro. c. 9. de voto p. 5.*

28 Vouens Religionem non præfixo tempore, debet, quamprimum potest, ingredi.

* *Vide Sor. q. 2. art. 1. col. pen. l. c. D. Tho. 2. 2. q. vlt. art. 3. in corp.*

29 Qui vouit vnum principaliter, vt Religionem, & alterum accessorie, vt castitatem, liberatus à primo, est liberatus à secundo.

30 Votum Sacerdotij non est votum castitatis, potestque ab Episcopo dispensari.

* *Vide Sor. l. 7. q. 4. art. 3.*

31 Votum de impossibili non obligat, etiam si postea fiat possibile.

32 In voto seruandum possibile, & honestū, omisso impossibili, & turpi.

33 Duorum votorum incompatibilium, si æquè bona, seruetur prius, alioqui melius.

34 Qui vouit quotidie dare pauperi, si hodie non det, debet cras illud addere.

* *Vide Azor c. 14. q. 11.*

Votum simplex in socie. Iesu irritat matrimonium ex Greg. XIII. vide *Mol. d. 329. in fine.*

35 Votum factum vt aliquid à Deo obtineas, obligat, etiam si non obtineas, nisi dixisses; si obtinero.

Voti irritatio, dispensatio, & commutatio, vide Debitum coniugale.

1. **A** Dirritandum votum, sufficit voluntas eius qui potest, nec requiritur causa, vt teneat.